



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

De Vita Et Rebus Gestis Christophori Bernardi Episcopi Et Principis Monasteriensis Decas

Alpen, Johann von

Coesfeldiae, 1694

17. Instante Principe dat resolutionem Senatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68495)

præsentiâ promptius ipse obsequium expectaverat à subditâ Civitate.

Quare cunctationem ultrâ pertæsus, Consiliarius extremum mandat, deposcant extemplo à Senatu, quid super attinendo, abducendoque *Mallingrotio* tandem destinarint, Evocatus igitur Syndicus cum ^{17.} *Instante* iis, quos ante socios habuerat, datæ nuper *Principe* declarationi inhæsit. Non posse nimirum *dat reso-* Civitatem, quæ jussa, non rogata fuerit, *lutionem* citra fraudem privilegiorum, in abdu- *Senatus.* ctionem *Mallingrotij* consentire. Et iterum docendo, quid in re consimili fecerint Episcopi decessores, præsentia exigebat ad superiorum normam. Dein, omissis etiam iis, exaggerare evidens tumultuum discrimen. *Profecto* apparuisse non ita pridem *Leodij*, & *cumprimis* in urbe *Neapolitanâ*, quid populares turbae possint, ut quæ in arma humilem per piscatorem tracta, suo procul ab exitio non abfuerit. Sibi evenire posse, quod cuiquam posset, in tanto præsertem opificum & exterorum consfluxu, quos nullâ iurijurandi religione Senatui constaret esse obstrictos. Nec dubium fore, quin inter eam *Mallingrotij* abductionem, si forte *Prætoriani* compescerent insolentes, (iurati licet cives se domi continerent) manifesta seditio nasceretur. Adhæc ipsius *Patriæ*

1654.

privilegio obligari Civitatem, si quempiam ex Ordinibus inter & Principem controversia emergat, conjunctionem rursus animorum, interventu suo conciliare. In ea laborasse se hactenus, nec rebus hucusque compositis Civitati tanquam arbitra licitum, abductioni compartis adstipulari. Sic inter Magistratum, Tribunos plebis, Tribuum prefectos, totamque Communitatem convenisse.

18. Consiliarij Principis, tametsi effugiis hisce jam ante obviam satis, & abunde satisfactum edicerent, nihilominus crambem recoquunt, & singula ordine refutant. At dum exaggeratum seditiois metum tangunt, non sine animi commotione Principem, ajunt, excusationem Respon- sio Consi- liariorum. adeo frivolum cum stomacho rejecturum. Si enim Senatores esse, si clavum Reip. tenere velint, illud utiq; auctoritatis, artisque & potentia insit oporteat, ut quietem, bene constituta Civitati apprimè necessariam conservare, factionibus turbulentorum obviare, pessimosque frangere conatus possint; quo Cives, quo superiores, quo singuli tranquillitate publicâ fruantur; nec quisquam in exercendo jure suo turbetur. Hoc sine Principem ingesta nuper media commendare iterum, suâq; promptè sub-